Zu den

öffentlichen Prüfungen,

welche an dem

Königlichen Gymnasium zu Bonn

am

10. und 11. September 1830 Vormittags um 9 und Nachmittags um 3 Uhr
Statt finden werden,

ladet

alle Gönner und Freunde des Schulwesens, so wie alle Eltern
und Verwandten der anvertrauten Jugend


ergebenst ein

der Director

Nicol. Jos. Biedermann.

Inhalt:

Bonn 1830
gedruckt bei C. F. Thormann.


HARVARD COLLEGE
JUL 8 1921
LIBRARY

Cum ego nuper, nescio quid agens, M. Cornelium Frontonem, ab Angelo Maio Romae 1823. vulgatum, in manus sumerem, et, quid ea editio novae dotis haberet, cognoscerem, non poteram, quin singularem hominis felicitatem admirarer, qui veterum monumentis in lucem revocandis divinitus videtur nostrae aetati concessus esse. Etenim postquam is, Mediolani etiam tum degens, M. Frontonis scripta, quae temporis hominumve iniuria dudum intercidisse putabantur, satis amplo numero ex Ambrosianae bibliothecae palimpsesto eruit, idem, ecce, Romam mox a Pio VII. pontifice maximo arcessitus, ut bibliothecae Vaticanae praeesset, incidit in codicem ex eodem palimpsestorum genere, qui plus centum ineditas Frontoniani operis epistolas, sub recentiore scriptura delitescentes, contineret. Erat uterque codex olim monasterii S. Columbani, quod Bobii, Liguriae urbe, et litterarum laude et praestantium librorum copia diu floruit. Ingruente autem barbarie, cum monachi bona sua ignorarent bibliothecamque dissipari paterentur, alterum volumen Mediolanum translatum est, alterum Romam ad Pontificiae bibliothecae opes concessit. Nactus igitur tam splendidam epistolarum accessionem, operae pretium Maius fecisse censendus est, quod, nova editione suscepta, codicis Romani incrementa cum Mediolanensibus editis coniunxit et suo quodque loco inserta dedit. Neque in hoc negotio cura eius substitit; sed ultra progressa, eas simul epistolas retractandas sumsit, quae octo annis ante Mediolani paulo calidiore consilio in lucem prolatae erant. Itaque excussis iterum schedulis suis: nam codicem ipsum usurpare iam non licuit: plura, quae errore vel extricandi difficultate omissa erant antea, addidit, lacunarum spatia ubique definivit atque omnino, cum aliorum, tum imprimis Niebuhrii, Viri Summi, quem Berolini constat Frontonis reliquias edidisse, sagacitate doctrinaeque copia insigniter adiutus, totam rem ita administravit, ut nunc demum illud opus nobis redditum dici queat. Verum in tanta corruptelarum omnis generis multitudine, quae scriptorem, miserrima fortuna conflictatum, deformaverant, fieri non potest, quin plures etiamnum loci resideant,

in quibus vitia deprehendas, vel prorsus neglecta, vel minus feliciter tentata. Cuius generis cum ego, praesertim in ea epistolarum parte, quae primum in editione Romana prodiit, nonnulla inter legendum animadvertissem, haud ingratum arbitrabar fore, si hac scribendi opportunitate, quomodo emendanda ea viderentur, indicarem. Ac quoniam maculas earumque tollendarum rationes ad certa quaedam genera revocare licet, non eo plane ordine, quo epistolae apud Maium leguntur, singula persequar, sed ut quaeque depravationis similitudine cognata sunt, ita proferam et, si potero, sanabo. In quinta igitur epistola Libri III. ad M. Caesarem (hinc enim exordiar) ita scriptum est: *De iis, quae per litteras amicissimas tuas consulis, ita existimo: omnia quae ad causam, quam tu egeris adtinent, plane proferunda: quae ad tuas proprias adfectiones adtinent, licet iusta et provocata sint, tamen reticenda.* Verba sunt M. Aurelii ad magistrum suum Frontonem, qui cum Herodem, Caesaris familiarem, criminum accusaturus esset, epistola antecedente percontatus erat, quatenus causae sibi serviendum existimaret. Offendit in his statim temporis ratio, qua *egeris* positum est. Nam cum de causa sermo sit, quam Fronto nondum egit, sed agendam suscepit, nullo modo ita dici posse apparet. Quae res iam in eam me opinionem adduxerat, ut locum corruptum suspicarer, cum, inspectis Maii annotationibus, intelligerem, ab editore excogitatum esse, in quo haerebam. Codex enim aperte *eris* habet; quod ubi cum syllaba coniunxeris, unde misere avulsum est, continuo, ne ullius quidem litterae mutatione, loco sanitatem reddes. Scribendum: *quae ad causam, quam* ***tueris****, adtinent.* Sequitur, paucis versibus interiectis, in eadem epistola: *una haec cura maxime exercet, nequid tu tale dicas, quod tuis moribus indignum negotio inuite circumstantibus repraehensibile videatur esse.* Non dubito, quin illud *inuite* error sit librarii, aut codicem male legentis. Nam id verbi ad eorum numerum referendum esse, quae apud Frontonem novata reperiri perhibent, vix mihi quisquam persuaserit. Itaque lego, sensu postulante: *quod tuis moribus indignum, negotio* ***inutile****, circumstantibus reprehensibile videatur esse.* Suspicor etiam, pronomen ***me*** excidisse, ab ultima syllaba v. *maxime* interceptum. Sed haec in transitu. Volebam enim ab eiusdemmodi macula, qualem initio sustuli, aliam epistolam vindicare, quae locum ita male affectum continet, ut sententia quasi tenebris circumfusa lateat. Est autem epistola, quam dico, Libri II. ad Caesarem prima, qua Fronto Caesari praecipit, ubi quid in coetu hominum recitaturus sit, auribus serviendum esse; quanquam non ubique, ut prudenter addit, et omni modo, attamen nonnunquam et ***aliquantum***. Sic enim corrigo, cum vulgo legatur *aliquando*, quod quam inane hoc loco sit, nemo, opinor, non videt. In ea igitur epistola haec leguntur: *Hic summa illa virtus oratoris atque ardua est, ut non magno*

detrimento rectae eloquentiae auditores oblectet; eaque delenimenta, quae mulcendis volgi animis comparat, ne cum multo ac magno dedecore fucata sint; ut in compositionis instructura aeque mollitia sit delictum, quam in sententia impudentia. In extremis mendum haerere, perspicuum est. Itaque Heindorfius putavit, scribendum esse *in compositionis structura.* Sed ea coniectura, tantum abest, ut opis aliquid afferat, ut ipsa vitio laborare videatur. Etenim cum verba ista simillimae vel eiusdem potius significationis et usus sint, vix ita licet ea coniungere, certe nemini id, nisi exemplis indubitatis probanti, crediderim. Neque solum his duobus verbis depravatio cernitur, sed nonnulla etiam, quae proxime leguntur, eadem labe contacta sunt. Velut illud *aeque*, quod nemo, qui quidem recte loquendi usum teneat, particulae *quam* iunxerit, ubi omnis negandi vis deest. Verum ut eo modo Frontoni scribere licuerit, tamen ipsa sententia ita comparata est, ut, quamcunque in partem eam trahis, nihil inde apti ac sani extundas. Quid multa? Emendandum est: *ut in compositionis* p o t i u s s t r u c t u r a e q u e *mollitia sit delictum, quam in sententia impudenti*, ut sensus sit, si quando ad populum dicendum sit, id summa arte oratorem eniti oportere, ut blandimenta, quae deliniendis vulgi animis adhibeat, ea temperata sint moderatione, ut omnis turpis ac vernilis adulatio desit, multoque praestare, in compositione mollem et, ut Quintiliani idem vitium notantis verbo utar, fractum se praebere, quam in sententiis inverecundum et abiectum. Huic sententiae, vide, quam belle congruant sequentia, quae nunc demum et ipsa suam lucem nanciscuntur. *Vestem quoque*, inquit, *lanarum mollitia delicatam malo*, (ita editio nova pro *potius*, quod antea legebatur), *quam colore muliebri*, *filo tenui aut serico* etc. Unum addam, *impudenti* non coniectura a me restitutum esse, sed in codice ipso, tanquam veri vestigium, extare, male correctum a manu secunda. Iam vero quod hoc loco sive Maio sive librario veteri accidit, ut in legendo codice, continuis litteris scripto, aberrarent syllabasque falso dividerent, quas coniungi oporteret, idem subinde factum est in totis sententiarum partibus, arcte inter se copulandis; quas sic truncatas ubi sensu carere animadverterent, novis coniecturarum erroribus saepe in peius etiam mutarunt. Quale illud est, quod proxime in eadem epistola antecedit: *Ubique igitur populus dominatur et praepollet. Igitur ut populo gratum erit, ita facies atque ita dices.* Noli dubitare, quin Fronto, duobus membris coniunctis, dederit: *Ubique igitur populus dominatur et praepollet,* i b i *ut populo gratum erit* etc. Paulo gravius peccatum est hac ratione in epistola octava Libri III. ad Caesarem, ubi Fronto haec ad Marcum suum scribit: *Eorum siquid* (intellige praecepta Theodori rhetoris) *memoriae tuae elapsum est, non inutile erit eadem nos denuo detractare. Tibi tempus aderit in hac εἰκόνι, quam de patre tuo teque*

depinxi. *ἕν τι τῶν συμβεβηκότων ἔλαβον τὸ ὅμοιον τῆς ἀσφαλείας καὶ τῆς ἀπολαύσεως.* Vides, haec adeo turbata esse, ut intelligi nequeant. Scribe meo periculo: *non inutile erit eadem nos denuo* r e t r a c t a r e, u b i *tempus aderit. In hac εἰκόνι, quam de patre tuo teque depinxi, ἕν τι τῶν συμβεβ. ἔλαβον* etc. Non immorabor in re manifesta. Ad illa transire libet, quae importuna quadam supplendi temeritate corrupta sunt, cum tamen in ipsis veteris scripturae vestigiis, quod deesse credebatur, lateret. Ex eo genere locus est epistolae quartae Libri II. ad Caesarem, ubi cum Fronto dixisset, D. Hadrianum magis dei loco a se habitum, quam amatum fuisse, interrogando pergit: *Quare? quia ad amandum fiducia opus est et familiaritate: quia fiducia mihi defuit, eo quem tantopere venerabar, non sum ausus diligere.* Ita quidem Maius edidit; sed idem in annotationibus profitetur, illud *quare*, quod initio legitur, in ipso codicis textu non extare, sed ex margine, ubi sententia repeteretur, in ordinem a se receptum esse. Quod nollem factum. Nam proximum *quia* adeo molestum est, ut vix dubitem, quin eo loco vera interrogandi formula delitescat; quae quoniam paulo insolentior erat, interpretamento, ut fit, eam commutavit, quisquis margini scholia adscripsit. Lego: *Q u i d i t a ? ad amandum* etc. Eandem medicinam adhibendam esse epistolae tertiae Libri II. ad Amicos, Heindorfius iam vidit, quanquam emendandi periculum eius non placet. Verba Frontonis haec sunt: *Siquid videbitur corrigendum, corrigam, sed librarii manu. Nam mihi manus dextera doloribus non mediocribus.* Maius post *mediocribus* de suo addidit *torquetur*, scilicet ne verbum deesset; Heindorfius, bene indicans, illud *dextera* nimis otiosum hic esse, in eius locum *exercetur* substituit minus feliciter. Scripsit enim haud dubie: *Nam mihi manus* v e x a t u r *doloribus non mediocribus*, verbo in tali re nec Frontoni inusitato. Addam similiter corruptum locum ex epistola Libri IV. ad Caesarem octava, ubi Marcus sperare se scribens, fore ut magistri conspectus aliquid valetudini suae conferat, subiungit: *εἰς ὄμματ' εὔνου φωτὸς ἐνβλέψεται ait Εὐριπίδης, ut opinor.* Verbum *ait* hic itidem a Maio intrusum est. Membrana ea parte, ut suspicor, aliquot litterarum lacunam traxit. Sed fallor, aut ea graecam, non latinam, vocem olim continebat. Quod quo facilius credam, facit ipsa sententiae Euripideae depravatio, quam miror a Maio non animadversam esse. Verbum, quod Maius supplevit, et commodiorem et certiorem sedem habebit, si totus locus ita legatur: *εἰς ὄμματ' εὔνου φωτὸς ἐ μ β λ έ ψ α ι γ λ υ κ ὺ Euripides* a i t, *opinor.* Versus est Ion. 744. H. Restat etiam aliud vitiorum genus longe frequentissimum, quod ut in sola litterarum depravatione positum est, ita perexiguam plerumque emendandi difficultatem habet. De multis pauca proferam. Ubi nunc in epistola duodecima Libri V. ad Caesarem legitur: *Quomodo manseris domi, nescire cupio,*

ibi quivis, vel me non monente, videat, legi oportere *rescire cupio*. Et epistola Libri III. decima: *omnia nobis prospera sunt, quom tu pro nobis optas: neque enim quisquam dignior alius te, qui a dis quae petii impetret*, emendandum est *petiit*, ut sensus loco constet. Item quod Libri II. epistola decima Fronto, consulatu abiturus, scribit, non aliter a se Kal. Sept. exspectari, quam a superstitiosis stellam, qua visa ieiunium polluant: non dubium est, quin pro *polluant* legendum sit *solvant*, cum non illicitus cibi usus significetur. Atque in his exemplis consistam, ne ipsa copia legentibus fastidium moveat. Quae e graviori genere plura suppetunt, ea dabo alio tempore, ubi intelligentibus atque in ea litterarum parte exercitatis hominibus haec non improbari cognovero.

Schulnachrichten.

I. Lehrverfassung.

PRIMA.

Ordinarius der Klasse: Hr. Prof. Dr. Schopen.

1. Lateinische Sprache: 9 St. *a*) In 3 St. des Horatius Sermonen und Oden mit Auswahl. Dir. Biedermann.
b) In 6 St. Cic. pro lege Manilia und pro Archia; Tacit. Annal. IV. und Hist. I. u. II., nebst Uebungen im Lateinisch-Sprechen und Schreiben. Hr. Prof. Dr. Schopen.

2. Griechische Sprache: 7 St. *a*) Plutarch's Alexander und die beiden Gracchen. *b*) Homer. Ilias IX — XVI. incl. *c*) Schriftl. und mündl. Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen. Derselbe.

3. Deutsche Sprache: 3 St. Ausgewählte Stücke aus deutschen Dichtern und Prosaikern, Uebungen im mündl. Vortrage und schriftl. Arbeiten.
Hr. Oberlehrer Dominc.

4. Hebräische Sprache: 2 St. Wiederholung der Formenlehre, hauptsächlich durch Punktation unpunktirter Stellen; Uebersetzung und Erklärung ausgewählter Stücke aus dem I. und V. Buche Mos. und den Psalmen. Hr. Religionslehrer Rindfleisch.

5. Französische Sprache: 2. St. *a*) Nähere Behandlung der Zeitwörter und der Lehre von der Construction nach Hirzel's Grammatik. *b*) Voyage du jeune Anacharsis en Grèce par Barthélémy, mit Auswahl. *c*) Mündl. und schriftl. Uebungen. Hr. Kneisel.

6. Religionslehre: *a*) kathol. Conf. 2 St. *a*) Verschiedene Sätze aus der theoretischen Religionslehre. *b*) Praktische Religionslehre, deren Verhältniss zur theoretischen, Quelle, höchster Grundsatz. Erster Theil: Darstellung der Pflichten des Menschen gegen Gott; nach eigener Bearbeitung des Lehrstoffs. *c*) Catechetische Repetitorien und Examinatorien, verbunden mit schriftl. Bearbeitung wichtigerer Lehren. Hr. Religionslehrer Elshoff.
β) evang. Conf. 2 St. Practische Einleitung in die h. Schrift A. T. mit Entwickelung des Ganges der göttlichen Offenbarung bis auf Christus; Lebensgeschichte Jesu, als des

einzigen Vorbildes der Wiedergebornen, zur Vorbereitung auf die Glaubens- und Sittenlehre. Hr. Religiouslehrer Rindfleisch.

NB. Die kathol. Schüler wurden jeden Sonn- und Feyertag durch eine besonders für ihre Verhältnisse berechnete, geistliche Rede zur Gottesfurcht und Menschenliebe ermahnt, dreymal in der Woche zum Gottesdienste in die Kirche geführt, so wie je um die sechste Woche zur Beicht und Communion.

7. Geschichte und Geographie: 3 St. Allgemeine Geschichte, vom Anfange des dreizehnten Jahrhunderts bis auf den westphälischen Frieden. Hr. Prof. Dr. Schopen.

8. Mathematik: Allgemeine Arithmetik; Wiederholung der Trigonometrie und Anwendung derselben auf geometrische Aufgaben. Hr. Prof. Dr. Liessem.

9. Physik: 2 St. Allgemeine Naturlehre; mathematische Geographie. Derselbe.

SECUNDA.

Ordinarius: Hr. Dr. Lucas.

1. Lateinische Sprache: 9 St. a) 3 St. Virgil. Aen. I — III. statarisch und cursorisch. Hr. Oberlehrer Domine.
b) 6 St. Ausgewählte Briefe des Cicero, statarisch, und das 2te Buch des Livius; dazu die Syntaxis ornata nach Zumpt nebst Uebungen im Lateinisch-Sprechen und Schreiben. Hr. Dr. Lucas.

2. Griechische Sprache: 7 St. a) Xenoph. Anab. I — IV. in latein. Sprache erklärt; b) Homer. Odyss. XIII — XX. theils cursor. theils statarisch, nebst Wiederholung der privatim gelesenen Gesänge IX — XII. c) Grammatik nach Buttmann und Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen. Derselbe.

3. Deutsche Sprache: 3 St. Ausgewählte Stücke aus deutschen Dichtern und Prosaikern mit besonderer Rücksicht auf Herling's Grundregeln des deutschen Styls; Uebungen im mündl. Vortrage und schriftl. Arbeiten. Dir. Biedermann.

4. Hebräische Sprache: 2 St. Formenlehre nach Uhlemann's hebr. Grammat. nebst Uebersetzung und Erklärung einzelner Stücke der Genesis. Hr. Rindfleisch.

5. Französische Sprache: 2 St. a) Entwickelung der einzelnen Redetheile nach Hirzel. b) Schriftl. und mündliche Uebungen. c) Voyage du jeune Anach. en Grèce par Barthélémy I. Abth. Hr. Kneisel.

6. Religionslehre: 2 St. a) kathol. Conf. Fortsetzung und Schluss der Lehre von der Erlösung; Lehre von der Heiligung; Gnade; Bedingungen und Mittel derselben; katechetische Repetitorien und Examinatorien nebst schriftlicher Bearbeitung wichtigerer Lehren. Hr. Elshoff.

β) evang. Conf. 2 St. Die vorzüglichern Geschichten des A. T., besonders die prophetischen Weissagungen zur Begründung einer richtigen Kenntniss und Würdigung des A. T. und Lesung des 1sten Corinth. Briefes in der Grundsprache.

Hr. Rindfleisch.

7. Geschichte und Geographie: 3 St. Allgemeine Geschichte, von den ältesten Zeiten bis auf Alexander d. G. Hr. Prof. Dr. Schopen.

8. Mathematik: 4 St. Die Lehre von den Potenzen, Wurzelgrössen und Logarithmen mit Anwendung auf die Zinsrechnung; die Gleichungen überhaupt mit besonderer Beziehung auf die quadratischen Gleichungen; Auflösung geometrischer Aufgaben; Stereometrie. Hr. Prof. Dr. Liessem.

9. Physik: 2 St. Die Lehre von den tropfbaren und elastischen Flüssigkeiten, von den flüssigen und festen Körpern in Verbindung, vom Schalle, von den einfachen Körpern, vom Wasser und von den Luftarten. Derselbe.

TERTIA.

Ordinarius: Hr. Gymnasiallehrer Kanne.

1. Lateinische Sprache: 8 St. *a*) Zumpt's Grammat. bis zur Syntaxis ornata. *b*) Cornel, Nepos mit Auswahl, und Jul. Caesar Bell. Gall. I. u. II. und stellenweise VI. *b*) mündliche und schriftl. Uebungen, theils nach dictirten Aufgaben, theils nach Doering's Anleit. Curs. III. nebst Extemporalien. Hr. Kanne.

c) 2 St. Ovid. Metam. VI—XI. mit Auswahl. Dir. Biedermann.

2. Griechisch: 6 St. *a*) Wiederholung des etymologischen Theils nach Buttmann und die Syntax bis §. 140. verbunden mit schriftlichen Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen. *b*) Jacobs Elementarb. II. Curs. übersetzt und erklärt. Hr. Kanne.

3. Deutsche Sprache: 3 St. Grammatik nach Heyse's gröss. Sprachlehre; Lesung und Erklärung ausgewählter Stücke aus Seber's Musterb.; Uebungen im mündl. Vortrage und schriftl. Arbeiten. Dir. Biedermann.

4 Französische Sprache: 2 St. *a*) Sprachgesetze; Lehre von den einzelnen Redetheilen. *b*) Leseübungen und Uebersetzungen nach Hirzel. Hr. Kneisel.

5. Religionslehre: *a*) kathol. Conf. 2 St. *a*) Lehre von den Pflichten gegen Gott, theils nach eigener Bearbeitung, theils nach Fischer's Lehrbuche: Die Pflichten des Menschen gegen Gottes Ebenbild. *b*) schriftl. Bearbeitungen wichtiger Punkte, theils aus der sonntäglichen Anrede, theils aus dem Unterrichte. Hr. Elshoff.

β) evang. Conf. Der Unterricht blieb ausgesetzt, da in diesem Schuljahre in der Klasse keine evang. Schüler waren.

6. Geschichte und Geographie: 3 St. Hauptpunkte der allgemeinen Weltgeschichte von Noah bis auf unsere Zeiten. Hr. Oberlehrer Domine.

7. Mathematik: 4 St. *a*) Fortgesetzte Uebungen im Ziffern- und Buchstabenrechnen; Elementartheorie der Potenzen; die Gleichungen des ersten Grades. *b*) Der ebenen Geometrie zweyte Hälfte; Auflösung leichter Probleme nach der geometrisch-analytischen Methode. Hr. Zirkel.

8. Physik: 2 St. Gedrängte Uebersicht der Hauptlehren und Sätze der Physik. Derselbe.

9. Zeichnen: 2 St. Hr. Weinreis.

QUARTA.

Ordinarius: Hr. Oberlehrer Domine.

1. Lateinische Sprache: 9 St. *a*) Etymologie und Syntax nach dem Auszug aus Zumpt, nebst den Anfangsgründen der Prosodik und Metrik. *b*) Uebersetzung und grammat. Erklärung ausgewählter Stücke aus Jacobs und Doering. *c*) Schriftl. und mündl. Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen, so wie im Bilden des Hexameters und Pentameters. Hr. Rindfleisch.

2. Griechische Sprache: 6 St. *a*) Formenlehre nach Buttmann bis §. 110. *b*) Jacobs griech. Elementarb. I. Curs. *c*) Schriftl. Uebung in den gewöhnlichen syntactischen Regeln. Hr. Kanne.

3. Deutsche Sprache: 3 St. Etymologie und Syntax nach Heyse's kleiner Sprachlehre; Lesung und Erklärung ausgewählter Stellen aus Seber's Musterb. Uebungen im mündl. Vortrage und schriftl. Arbeiten. Hr. Oberlehrer Domine.

4. Religionslehre: *α*) kath. Conf. 2 St. Erklärung theoretischer und pract. Religionswahrheiten nach Ontrup; biblische Geschichte; kleine schriftl. Bearbeitungen leichtfasslicher Lehren aus den sonntäglichen Anreden und dem Katechismus. Hr. Elshoff.
β) evang. Conf. 2 St. Lesung und Erklärung der Apostelgeschichte, und bibl. Lehre von den drey Personen des göttl. Wesens, den Engeln und dem Menschen. Hr. Rindfleisch.

5 Geographie und Geschichte: 3 St. *a*) Geographie der 5 Welttheile und die politische Geographie von Europa insbesondere, mit vorzüglicher Berücksichtigung des Clima's und der Erzeugnisse der Länder, wie auch der Sitten und Gebräuche der Völker; *b*) Die hervorstechendsten Punkte der Geschichte. Hr. Oberlehrer Domine.

6. Mathematik: 5 St. Fortgesetzte Anwendungen der Arithmetik; Buchstabenrechnung; erste Hälfte der ebenen Geometrie. Hr. Zirkel.

7. Naturbeschreibung: 2 St. Uebersicht der drey Naturreiche und ausführlichere Behandlung des Mineralreichs. Hr. Mockel.

8. Zeichnen: 2 St. Hr. Weinreis.

QUINTA.

Ordinarius: Hr. Gymnasiallehrer Mockel.

1. Lateinische Sprache: 10 St. *a*) Wiederholung der Formenlehre und die leichtern Regeln der Syntax nach dem Auszuge aus Zumpt. *b*) Aus Bröder's Elementarb. und aus dem vorbereit. Curs. von Jacobs und Doering zweckmässige Stellen übersetzt, und theilweise auswendig gelernt. *c*) Schriftl. und mündl. Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen. Hr. Mockel.

2. Deutsche Sprache: 4 St. Grammatik nach Heyse's Leitfaden; Leseübungen; Auswendiglernen gelesener Stücke zur Bildung des mündl. Vortrags, und schriftl. Arbeiten. Derselbe.

3. Religionslehre: *α*) kath. Conf. 2 St. *a*) Katechismuslehren über die wichtigsten Stücke der christl. Glaubens- und Sittenlehre; biblische Geschichte des alten Bundes. *b*) Beantwortung der Fragen aus der bibl. Geschichte und Bearbeitung der wichtigsten Punkte der sonntäglichen Anreden. Hr. Elshoff.

β) evang. Conf.: 2 St. Alttestamentliche Geschichte, mit Dictaten über das Leben der Propheten. Hr. Rindfleisch.

4. Geschichte und Geographie: 4 St. *a*) Wiederholung des in Sexta Vorgenommenen; Geographie von Asien, Afrika, Amerika und Australien; *b*) Biographien welthistorisch berühmter Männer aus der ältern und neuern Geschichte. Hr. Oberlehrer Domine.

5. Arithmetik: 5 St. Die Lehre von den geometrischen Verhältnissen und Proportionen, mit beständigen Anwendungen auf die im gewöhnlichen bürgerlichen Leben vorkommenden Rechnungen. Hr. Zirkel.

6. Naturbeschreibung: 2 St. Kurze Wiederholung des in Sexta Vorgenommenen und Beschreibung der Pflanzen im Allgemeinen sowohl, wie der merkwürdigsten und nützlichsten im Besondern. Hr. Mockel.

7. Kalligraphie: 3 St. Hr. Weinreis.

8. Zeichnen: 2 St. Derselbe.

SEXTA.

Ordinarius: Hr. Gymnasiallehrer Zirkel.

1. Lateinische Sprache: 10 St. Die Formenlehre des Nomen's und Verbum's nach dem Auszug aus Zumpt. Auswendiglernen von Vocabeln und kleinen Sätzen; schriftl. und mündl. Uebungen nach Bröder's Elementarbuch. Hr. Dr. Lucas.

2. Deutsche Sprache: 4 St. Grammatik nach Heyse's Leitfaden; Uebungen im Lesen; Auswendiglernen gelesener Stücke zur Bildung des mündlichen Vortrags; schriftl. orthographische Uebungen. Hr. Weinreis.

3. Religionslehre: α) kathol. Conf. 2 St. Bibl. Geschichte mit steter Vergleichung der geoffenbarten Wahrheiten des alten und neuen Bundes über die Hauptverhältnisse, Pflichten und Erwartungen der Menschen für Zeit und Ewigkeit; Katechismuslehren über Gottes Eigenschaften, und über des Menschen Bestimmung. Hr. Elshoff.

β) evang. Conf. 2 St. Erklärung des lutherischen Katechismus. Hr. Rindfleisch.

4. Geographie: 4 St. Das Fasslichste aus der mathemat. physisch. und politischen Geographie; die politische Geographie von Europa und Deutschland. Zur Belebung des geogr. Unterrichts Biographien welthistorischer Männer aus der alten, mittlern und neueren Zeit. Hr. Mockel.

5. Arithmetik: 5 St. Die Elemente der Arithmetik; die Rechnungen mit ganzen Zahlen und mit Brüchen. Hr. Zirkel.

6. Naturbeschreibung: 2 St. Einleitung in die Naturbeschreibung und das Nöthigste und Merkwürdigste aus dem Thierreiche. Hr. Mockel.

7. Kalligraphie: 3 St. Hr. Weinreis.

8. Zeichnen: 2 St. Derselbe.

Gesangunterricht.

Nach ihren Fähigkeiten waren die Schüler zusammen in drey Abtheilungen getheilt, und der Unterricht wurde den grössten Theil des Jahres hindurch in sechs, und zuletzt der vielen, mit den fähigern Schülern vorgenommenen, ausserordentlichen Uebungen wegen in vier wöchentlichen Lehrstunden ertheilt.

II. Kurze Anzeige

der von den vorgeordneten Behörden während des Schuljahrs erlassenen Verordnungen, so weit sie zur Kenntnissnahme des Publikums sich eignen.

1. Durch Verfügung vom 3ten Dec. v. J. wurden die Directoren aufgefordert, nach Massgabe der Verfügung vom 8ten Jan. 1828 (siehe Progr. dess. J.) den Schülern



die Vorschrift, bis zu welchem Zeitpunkte die Anmeldung zum einjährigen freywilligen Militärdienst und demnächst der wirkliche Antritt desselben, bey Vermeidung des Verlustes der gedachten Begünstigung, geschehen soll, wiederholt in Erinnerung zu bringen.

2. Durch Erlass vom 20ten Jan. d. J. wurde den Gymnasien die Bestimmung des Königl. Ministeriums in Betreff der Prüfung der Abiturienten in ihren Religionskenntnissen mitgetheilt, nach welcher neben der schriftlichen zugleich eine mündliche angeordnet, und das bey dieser einzuleitende Verfahren festgestellt ist.

3. Durch Circularverfügung vom 15ten Febr. d. J. wurden die Directoren aufgefordert, die Schüler wiederholt auf die Vorschrift aufmerksam zu machen, nach welcher diejenigen, welche von einem Gymnasium abgehen, ohne sich der vorgeschriebenen Entlassungs-Prüfung zu unterziehen, erst nach Verlauf eines Jahres, von ihrem Abgange an gerechnet, bey den Königl. wissenschaftl. Prüfungs-Commissionen zum Tentamen und Examen angenommen, vor Ablauf dieser Frist aber ohne Weiteres abgewiesen werden sollen.

4. Durch Erlass vom 8ten Febr. wurde die Anordnung des Königl. Ministeriums mitgetheilt, dass bey Anstellung und Beförderung junger Philologen unter übrigens gleicher Qualification derjenige den Vorzug haben soll, welcher die andern an mathematischen Kenntnissen übertrifft. Zugleich wurden die Directoren aufgefordert, bey der vorhandenen grossen Anzahl katholischer Candidaten des höhern Schulamts jungen Leuten, welche nicht ausgezeichnete Naturgaben besitzen, von Ergreifung des Lehrerberufs abzurathen, besonders auch, da bey der grossen Anzahl von Bewerbern um höhere Schulstellen der Staat keine Veranlassung habe, Unterstützungen für diejenigen zu verleihen, welche sich dem Gelehrten-Schulwesen widmen wollen.

5. Durch Verfügung vom 12ten Juni d. J. wurde in Betreff der Dispensation vom Schulgelde angeordnet, dass von der gesammten Schülerzahl nur $^1/_{10}$ vom ganzen, oder $^1/_{20}$ vom halben Schulgelde befreyt werden kann, und dass die nicht befreiten Schüler das Schulgeld spätestens in den ersten vier Wochen des eingetretenen Quartals zu berichtigen, oder die Anstalt zu verlassen haben. In Bezug auf die Befreyung vom Schulgelde muss halbjährlich der vorgeordneten Behörde von den Directoren ein Verzeichniss der dieselbe in Anspruch nehmenden Schüler mit Angabe der vorhergehenden und letzten Censur zur Genehmigung vorgelegt werden, und es versteht sich von selbst, dass nur solche Schüler den Genuss der Befreiung hoffen können, welche neben besondern Naturgaben zugleich durch ihren Fleiss, wie durch ihr sittliches Betragen sich die Zufriedenheit und Zuneigung ihrer Lehrer zu erwerben streben.

III. Chronik des Gymnasiums.

1. Das Schuljahr wurde am 12ten October v. J. eröffnet, und endet mit dem 11ten September d. Jahres.

2. Im Verlaufe des Schuljahrs leisteten der Schulamts-Candidat, Hr. Dr. Claussen, und der Candidat aus dem naturhistorischen Seminar, Hr. Poggel, ihr Probejahr, und zu diesem Zwecke waren letzterem die naturhistorischen Stunden in den drei untern Klassen, und ersterem neben dem Homer in Prima und dem Livius in Secunda noch zwei lateinische Stunden in Quinta, und seit Ostern drei in Sexta übertragen worden. Auch waren dem Schulamts-Candidaten Hrn. Mohr, seinem Wunsche gemäss, zu seiner weitern practischen Ausbildung, bis Ostern der geographische Unterricht und vier lateinische Stunden in Sexta zugetheilt; nach Ostern trat zu gleichem Zwecke der Schulamts Candidat Hr. Niegemann für den geographischen Unterricht an seine Stelle.

IV. Statistische Uebersicht.

1. Mit dem Anfange des Schuljahrs kehrten zurück in Prima 18, in Secunda 14, in Tertia 23, in Quarta 22, in Quinta 23 und in Sexta 12, zusammen 112 Schüler.

2. Neu aufgenommen wurden in Quarta 6, in Quinta 1 und in Sexta 35, zusammen 42, und diese bildeten mit den Vorigen die Gesammtzahl von 154 Schülern.

3. Von diesen haben im Verlaufe des Schuljahrs theils durch die Veränderung des Wohnorts der Eltern, theils durch Wahl eines andern Berufs bestimmt, 21 Schüler das Gymnasium verlassen; 6 sind, da sie in ihrem Fleisse den Erwartungen der Lehrer nicht Genüge leisteten, um Weihnachten in die Elementarschule zurückgewiesen worden, und der Tertianer Caspar Amaury wurde leider der Anstalt durch den Tod entrissen.

4. Ferner werden, nach bestandener Abiturientenprüfung, mit dem Schlusse dieses Schuljahrs zur Universität abgehen:

a) mit dem Zeugniss Nro. I. 1) Friedrich Bausch aus Hamm, 18 Jahr alt, 9 Jahr im Gymnasium, 2 Jahr in Prima. 2) Gustav Diesterweg aus Mannheim, 17 1/2 J. alt, 9 J. im Gymn., 2 J. in Prima. 3) Ludwig Krahe aus Wipperfürth, 19 J. alt, 2 1/2 J. in Prima. Die beiden erstern widmen sich der Arzneywissenschaft, der letztere der Philosophie.

b) mit dem Zeugniss Nro. II. 4) Guido v. Haxthausen aus Rinteln, 19 J. alt, 11 J. im Gymn., 2 J. in Prima. 5) Friedrich Lamberz aus Bonn, 20 J. alt, 11 J. im Gymn., 2 J. in Prima. 6) Heinrich Ungar aus Bonn, 19 J. alt, 9 J. im Gymn., 2 J. in Prima. 7) Joseph Wolf aus Ahrweiler, 18 1/2 J. alt, 4 J. im Gymn., 2 J. in Prima. Der erstere wird Jurisprudenz, die übrigen Arzneywissenschaft studieren.

5. Nach Abzug der Abgegangenen bleiben der Anstalt noch 119 Schüler.

V. Lehrapparat.

Zu den in den frühern Programmen bereits angezeigten Anschaffungen sind auch in diesem Schuljahre, so weit die dafür zu Gebote stehenden Mittel hinreichten, wieder einige neue Werke sowohl für die Lehrer, als für die Privatlektüre der Schüler gekauft worden. Dankbar müssen hier erwähnt werden 1) die Charte von dem ager romanus von Westphal und 2) die Chrestomathie Mandchou etc. von Prof. Klaproth in Paris, welche beyde von dem Königl. hohen Ministerium; und 3) Beyträge zur Untersuchung der, gegen den kurbrandenburgischen Geheimen Rath Grafen Schwarzenberg erhobenen, Beschuldigungen, zum Besten der Civil-Waisen-Versorgungsanstalt in Potsdam herausgegeben von dem Königl. Consistorialrathe Cosmar etc., welche von jener Anstalt der Gymnasialbibliothek zum Geschenke gemacht wurden.

VI. Oeffentliche Prüfungen.

Freitag den 10ten September Vormittags um 8 1/2 Uhr feyerlicher Gottesdienst, dann um 9 Uhr

Prüfung der beyden obern Klassen.

1. Der Primaner Herm. Velten wird in einer selbstverfertigten latein. Rede über Carls d. G. Verdienste um die Schulen in Deutschland sprechen.
2. Religionslehre: Hr. Elshoff.
3. Griechisch in Prima: Hr. Prof. Dr. Schopen.
4. Der Secundaner Brementhall wird den Ring des Polycrates von Schiller in eigener Bearbeitung lateinisch vortragen.

5. Latein in Secunda: Hr. Dr. Lucas.

6. Mathematik: Hr. Prof. Dr. Liessem.

Nachmittags um 3 Uhr

die beyden mittlern Klassen.

1. Der Tertianer Carl Karth trägt vor: der Schenk von Limburg, von Uhland.
2. Religionslehre: Hr. Elshoff.
3. Latein in Tertia: Hr. Kanne.
4. Geschichte und Geographie: Hr. Oberlehrer Dominc.
5. Der Quartaner Gottfried v. Weise trägt vor: die Erfindung des Kartenspiels, von Schiebeler.
6. Latein in Quarta: Hr. Rindfleisch.
7. Mathematik: Hr. Zirkel.

Samstag den 11ten September Vormittags 9 Uhr.

die beyden untern Klassen.

1. Der Quintaner Julius Weerth trägt vor: Polykarp, Legende von Zimmermann.
2. Religionslehre: Hr. Elshoff.
3. Latein in Quinta: Hr. Mockel.
4. Rechnen: Hr. Zirkel.
5. Der Sextaner Kreuzer trägt vor: die ungleichen Brüder, von Gellert.
6. Latein in Sexta: Hr. Dr. Lucas.
7. Geographie in Sexta: Hr. Candidat Niegemann.

Nachmittags um 3 Uhr.

1. Gesang.
2. Der Quartaner v. Hilgers trägt vor: die Geschichte von dem Hute, von Gellert.
3. Der Tertianer Altstaedten: Klein Roland, von Uhland.
4. Der Secundaner Bleibtreu: der Rheinwein, von Klopstock.
5. Gesang.
6. Entlassung der Abiturienten.

7. Abschiedsreden in lateinischer und deutscher Sprache, von Gustav Diesterweg und Ludwig Krahe.

8. Gesang.

Der Anfang des neuen Schuljahrs ist auf den 11ten October festgesetzt, und der Unterricht wird mit einem feyerlichen Gottesdienste eröffnet werden. Die Meldungen zur Aufnahme müssen 8 Tage vorher unter Vorlegung des Zeugnisses der bisher besuchten Schule geschehen.

Jahresbericht

über den

Schulcursus 1840–41

am

Königlichen Gymnasium zu Bonn.

Von

Nicol. Jos. Biedermann,

Director des Gymnasiums.

Inhalt:

Bonn,
gedruckt bei Carl Georgi.

Miris modis deformatae sunt adhuc M. Cornelii Frontonis reliquiae: etsi homines et ingenii et doctrinae laude praestantissimi multum ad eas emendandas operae contulerunt. Equidem, cum olim in hunc scriptorem, nescio quo casu, incidissem, inter legendum haud pauca animadverti, de quibus dubium mihi non erat, quin et vitiose legerentur, et tuto ac facile sanari possent. Eorum partem dudum per hanc proludendi opportunitatem indicavi; quae reliqua sunt, nunc in medium proferam, si quid forte in iis inerit, quo futuri editoris labor minuatur.

Epist. ad M. Caesar. lib. I. 1. p. 1. ed. Rom. alt. *Quid ego ista mea fortuna satis dixerim, vel quomodo istam necessitatem meam durissimam condigne incusavero, quae me istic ita animo anxio tantaque sollicitudine praepedito alligatum attinet.* Heindorfio post *satis* excidisse videtur *digne;* quod quam invenustum sit et languidum, nemo, opinor, non sentit. Scribendum est procul dubio: *Qui ego ista mea fortuna satis doluerim.* In extrema epistola Caesar pro salute magistri sui Deos ita precatur: *O qui ubique estis Di boni, valeat, oro, meus Fronto iucundissimus atque carissimus mihi, valeat semper integro, inlibato, incolumi corpore, valeat et mecum esse possit.* Vix opus est, ut moneam, corrigendum esse: *ut mecum esse possit.*

Ibid. Epist. 2. p. 3. *O me beatum! ort ....., commendatum.* Quae Eichstadius huius lacunae explendae pericula fecit, ea Niebuhrius rectissime censet nullo modo admitti posse. Nec tamen probabilius est, quod ipse excogitavit: *O per te Diis commendatum.* Scribe: *O me beatum, ore tuo Dis commendatum!* Exultat quippe Fronto seque beatum nuncupat, quod Caesar ipse a Diis

precatus est, ut recuperaret sanitatem. Mox idem: *At ego nihil quidem malo quam amoris erga me tui nullam extare rationem. Nec omnino mihi amor videtur, qui ratione oritur, et iustis certis de causis copulatur.* Heindorfius coniecit *iustis ac certis*. Eichstadio vocabulum *certis* prorsus delendum videtur. Neuter recte. Corrige: *et iustis certisque de causis copulatur.* Ob similitudinem alterius particulae excidit *que*, quod olim *qe* vel *ce* scribebatur. Vid. Niebuhr. ad Cic. Fragm. p. 76.

Ibid. Epist. 3. p. 6. *Accipe nunc perpaucula contra Somnum ad tua pro Somno. Quamquam, puto, praevaricor, qui assidue diei ac noctis Somno adsum, neque eum desero, neque .... deserat; adeo sumus familiares.* Lacunam Maius complet hoc modo: *neque ille me deserat.* Ego malim, quod constructio videtur exigere: *neque ab illo deseror.* At hoc leve est, praeut quod paullo post sequitur: *Transeo nunc ad Q. Ennium nostrum, quem tu ais ex somno et somnio initium sibi fecisse. Sed profecto nisi ex somno suscitatus esset, nunquam somnium suum narrasset.* Fallor, aut *sibi* librarii compendio debetur: quo diducto, quemadmodum oportet, tota sententia lucem manscisceiur suam. Lege: *quem tu ais ex Somno et somnio initium scribendi fecisse.* De Pythagoreo isto Ennii somnio egregie, ut alios mittam, Scaliger ad Varron. L. L. IV. p. 39. Bip.


Ibid. Epist. 4. p. 10. *Enimvero omnia istaec inter Graecos versus Latina ita scite alternata sunt a te et interposita, ut est ille in pyrricha versicolorum discursus, quom amicti cocco alii, alii luteo et ostro et purpura, alii aliique coherentes concursant.* Mendum, quo postrema gravissime depravata sunt, ita corrigendum puto: *alii alio denique colore inter se concursant.* Sententiam hic vides, opinor, qualem scriptoris mens postulat; et verba ipsa vestigia depravatae scripturae quam possunt proxime sequuntur. Iam pergit: *Ecce autem circa Ennium aliam malitiosam peltam dedisti, cum ais: „nisi ex somno suscitatus esset, nunquam somnium suum narrasset.“* Quod Heindorfius pro *peltam* reponi iubet *plagam*, vulgata lectione nihilo tolerabilius est. Maius in schedis, a se iterum inspectis, litteram *l* dubiam esse testatur. Quo magis adducor,

ut a Frontone sic scriptum suspicer: *malitiosam* *interpretationem* *dedisti.* Solebant antiquitus *inter*, ut vel ex Gaii Indice constat, tali compendio scribere, ut nullo negotio a praecedente littera *m* exteri posset. Ceterum ipse Cicero de Off. I. 10. 8.: *malitiosa iuris interpretatione.*

Epist. ad M. Caesar. lib. II. 1. p. 33. *Quae sint aures hominum hoc tempore, quanta in spectandis orationibus elegantia, ex Aufidio nostro scire poteris: quantos in oratione mea clamores concitarit, quantoque concentu laudantium sit exceptum: „omnibus tunc imago patriciis pingebatur insignis."* Male ista cohaerent. Corrige: *Quae* *sunt* *aures hominum hoc tempore; quanta in spectandis orationibus elegantia! Ex Aufidio nostro scire poteris, quantos* etc.

Ibid. Epist. 4. p. 47. *Antoninum vero ut solem, ut diem, ut vitam, ut spiritum amo, diligo, amari me ab eo sentio. Hunc nisi ita laudo, ut laudatio mea non in actis senatus abstrusa lateat, sed in manibus hominum oculisque versetur, ingratus sum etiam adversus te. Tum, quod cursorem fugitivum ferunt dixisse: domino sexagena currebam, mihi centena, ut fugiam, curram: ego quoque quom Hadrianum laudabam, domino currebam; hodie autem mihi curro, mihi, inquam, meoque ingenio hanc orationem conscribo.* Mirum vero, Frontonem non addidisse, qui fieri posset, ut adversus Marcum Caes. ingratus esset, nisi impensius laudato Imp. Antonino. Scilicet ea, quae sequuntur, manifesto ostendunt, plane ineptam esse Marci commemorationem. Lege: *ingratus sum etiam adversus* *me.* *Nam* *quod cursorem fugitivum ferunt dixisse* etc.

Ibid. Epist. 9. p. 54. *Caelum Neapolitanum plane commodum, sed vehementer varium. In singulis scripulis horarum frigidius aut tepidius aut horridius fit. Iam primum media nox tepida, Laurentina; tum autem gallicinium frigidulum, Lanuvinum; iam conticinnum atque matutinum atque diluculum, usque ad solis ortum, gelidum, ad Algidum maxime; exin ante meridiem apricum, Tusculanum; tum meridies fervida, Puteolana. At enim, ubi sol latum ad Oceanum profectus, fit demum caelum modestius, quod genus Tiburtinum. Id vespera et concubia nocte, „dum se intempesta nox, ut ait M. Porcius, prae-*



cipitat," *eodem modo perseverat.* Niebuhrius, in voc. *latum* aliquid vitii subesse intelligens, coniecit *latet.* Codicis lectioni Heindorfius patrocinari conatur, his verbis: „*latum* hoc opponitur proximo Neapolin mari, in portum variosque inter insulas sinus incluso; *Oceanum* autem dixit iuvante visum imaginatione, quatenus, quod ibi procul conspicitur, latum soloque caelo terminatum mare, contiguum tamen est Oceano, in quem mergitur sol." Vide, quam pusilla corruptela oculatissimis etiam hominibus tenebras offundat. Unius litterulae mutatione locus integer fiet, ut sit: *ubi Sol lotum ad Oceanum profectus.* Illud quoque monebo, pro *conticinnum*, quod praecedit, scribendum esse *conticinium.* Vid. Varron. L. L. VI. 7. VII. 76. Censorin. D. N. c. 24.

Epist. ad M. Caesar. lib. III. 3. p. 65. *Periculum est plane, ne tu quicquam pueriliter inconsulte suadeas.* Legendum est: *pueriliter et inconsulte.* Sequitur: *Sive sit iste Herodes vir frugi et pudicus, protelari conviciis talem a me virum, non est verum; sive nequam et improbus est, non aequa mihi cum eo certatio, neque idem detrimentum capitur. Omnis enim cum polluto complexus, tametsi superes, commaculat.* Codex *detrimenu* habet, unde Maius *detrimentum* effinxit, speciosius, vereor, quam aptius. Quid enim? Ubi iudicio dimicatur, nonne is solus detrimento affici solet, qui causa cecidit? Qua ergo ratione Fronto, etiamsi timeret, ne ab Herode, homine improbo, superaretur, certamen cum eo ideo sibi cordi esse negaret, ne forte non idem caperet detrimentum? Immo periculum, ut ipse ait, non idem subeundum erat in certamine, quo, sive vinceret, sive vinceretur, scelesti quasi contactu pollueretur. Ut verbo dicam, emendandum est: *sive nequam et improbus, non aequa mihi cum eo certatio, neque idem discrimen suscipitur.* Paullo inferius, ubi legitur: *Si vero in his quoque remittendum aliquid putas: quod tu suaseris, id optimum factum ducam,* ibi neminem, qui quidem usum loquendi norit, dubitaturum opinor, quin scribendum sit: *id optimum factu ducam.* Vid. Bentlei. ad Terent. Andr. I. 5. 1.

Ibid. Epist. 7. p. 69. *Quom tu quiescis et quod commodum valetudini sit, facis, tum me recreas. Et libenter et otiose age. Sentio ergo recte fecisti,*

quod brachio curando operam dedisti. Postrema ita legi oportet: *Censeo ergo, recte te fecisse.* Res, de qua agitur, ad iudicium redit, non ad sensum vel intellectum. Vid. Heinrich. ad Cic. R. P. p. 184. Nec quod praecedit *libenter*, menti scribentis satis convenit, ut arbitror, etiamsi pro *hilariter* dictum sumatur. Malim: *Et clementer et otiose age*, id est, placide et commodo tuo. Plaut. Epid. II. 2. 20.: *Animo male est. A. Clementer requiesce.* Terent. Adelph. I. 1. 17.: *Ego hanc clementem vitam urbanam, atque otium secutus sum.*

Ibid. Epist. 8. p. 69. *Imaginem, quam te quaerere ais, meque tibi socium ad quaerendum et optionem sumis, num moleste feres, si in tuo atque in tui patris sinu id fictum quaeram?* Codex manu prima *futurum*; pro quo manus secunda, incertum *fictum* an *factum*, rescripsit. Mihi incidit suspicio, ex utriusque manus erroribus veritatem elici posse, hoc modo: *si in tuo atque in tui patris sinu effictur us quaeram.* Iam addit miram εἰκόνα; quam ego hic describam, uti legendum censeo: *Ut illa in mari Ionio sive Tyrrhenico, sive potius in Hadriatico mari, seu quod aliud est mare, eius nomen maris addito: igitur ut illa in mari insula Aenaria fluctus maritimos ipsa accipit atque propulsat, omnemque vim classium, praedonum, beluarum, procellarum ipsa perpetitur; intus autem in lacu aliam insulam protegit ab omnibus periculis ac difficultatibus tutam, omnium vero deliciarum voluptatumque participem: namque illa intus in lacu insula aeque undis alluitur, auras salubres aeque accipit, habitatur aeque, mare aeque prospectat: item pater tuus imperii Romani molestias ac difficultates ipse perpetitur, te tutum intus in tranquillo sinu suo socium dignitatis, gloriae bonorumque omnium participem tutatur.* Maius periodum pessime ter truncatam dedit; et quod correxi *sive potius*, scriptum apud eum *sin vero potius* legitur, errore manifesto.

Ibid. Epist. 12. p. 75. *Duas per id tempus epistolas tuas accepi.* Emendo: *Duas per idem tempus.* Vitii origo in promptu est.

Epist. ad M. Caesar. lib. IV. 1. p. 90. *Invidia perniciosum inter homines*

malum maximeque internecivum, sibi aliisque pariter obnoxium; sed si procul a cohorte tua prohibueris, uteris amicis concordibus et benignis, ut nunc uteris; sin aliqua pervaserit, magna molestia magnoque labore erit restinguendum. Et vis sententiae et orationis tenor nos iubent reponere: *id si procul a cohorte tua prohibueris.*

Ibid. Epist. 3. p. 96. *Verum, ut initio dixi, magnum in ea re periculum est, ne minus apte aut parum dilucide aut non satis decore aut a semidocto conlocetur. Namque multo satius est volgaribus et usitatis, quam remotis et requisitis uti, si parum significet.* Vitium hic duplex, etsi levius, haeret. Scribe: *non satis decore, ut a semidocto, conlocetur.* Et mox: *si parum significent*, scil. verba, de quibus et eligendis et collocandis prudenter hac ipsa epistola praecipit.

Epist. ad M. Caesar. lib. V. 4. p. 118. *Cras me de hoc verbo tibi, si admonueris, defendam.* Verba sunt M. Aurelii ad Frontonem, qui ipsum castigaverat, nec immerito, quod voc. *dictio* pro oratione usus esset. Sed male me habet, quod ait: *si admonueris.* Repono: *si ad me veneris.*

Ibid. Epist. 7. p. 119. *Ludis tu quidem; at mihi peramplam anxietatem et summam aegritudinem, dolorem et ignem flagrantissimum litteris his tuis misisti, ne cenare, ne dormire, ne denique studere libeat.* Mihi non dubium est, quin M. Aurelius dederit: *litteris his tuis inussisti.*

Ibid. Epist. 8. p. 119. *Ego dies istos tales transegi.* Nihili est *tales*. Scribe: *Ego dies istos male transegi.* Iam refert, quid sibi mali acciderit.

Ibid. Epist. 9. p. 120. *Quom te salvom et illaesum Dei praestiterunt, maximas deis gratias ago.* Emendo: *Quod te salvom et illaesum Dei praestiterunt, maximas eis gratias ago.*

Ibid. Epist. 10. p. 120. *Modo mihi Victorinus indicat, Dominam tuam*

magis valuisse quam heri. Vix Latinum puto, hoc certe sensu, *magis valere*, quamvis dicatur *minus valere.* Praeterea offendit, quod *valuisse* de re praesenti dicit. Codex habet *maluisse.* Legendum: *magis caluisse quam heri.* Caesar Epist. 11.: *Caluit et hodie Faustina; et quidem id ego magis hodie videor mihi deprehendisse.* In postremis Fronto ait: *Cras tamen mane domum ad te veniam. Eadem, si tempestivom erit, etiam Dominam visitabo.* Maius ad *Eadem* adscripsit: *Die scilicet.* Perperam. Subintellige *opera.* Vid. Faern. ad Terent. Heaut. II. 3. 127.

Ibid. Epist. 16. p. 122. *Quom tibi etiamtum cervices doluerint, quo mihi scriberes, non possum aequo animo ferre.* Scripsit: *Quod tibi etiamtum cervices doluerint, quom mihi scriberes.*

Ibid. Epist. 22. p. 123. *Materiam misi tibi! res seria est. Consul populi Romani, posita praetexta, manicam induit, leonem inter iuvenes quinquatribus percussit, populo Romano spectante. Apud Censores expostulat.* Διασκεύασον, αὔξησον. Intelligi nequit, quod Maius edidit *expostulat.* Scripsit: *expostulatur.* Ita Fronto Epist. 27., simile declamandi argumentum Caesari mittens: *Ob eam rem a Censoribus notatur.*

Ibid. Epist. 23. p. 124. *Quando id factum? et an Romae? Num illud dicis in Albano factum sub Domitiano? Praeterea in hac materia diutius laborandum est, ut factum credatur, quam ut irascatur.* Ἀπίθανος ὑπόθεσις *videtur mihi, quod plane baluceis, qualem petieram.* Ultima verba, quae ita depravata sunt, ut, quid sibi velint, primum intuenti ne suspicari quidem liceat, ego mihi ad sensus integritatem ita videor reduxisse: *Praeterea in hac materia diutius laborandum est, ut factum credatur, quam ut augeatur.* Ἀπίθανος ὑπόθεσις *videtur mihi, non ubi clamare liceat, qualem petieram.* Pro absurdo *irascatur* Aurelium *augeatur* dedisse, liquido apparebit, si reputaveris, id rescriptum esse epistolae praecedentis, qua Fronto, postquam declamandi materiam elaborandam proposuit, haec addit: διασκεύασον, αὔξησον. Ipse Fronto de Eloquent. p. 230. Rom.: *Num*

contentus est docere, rem ostendere, definire, explanare? Non est contentus, verum auget in quantum potest, exaggerat, praemunit, iterat, differt, recurrit, interrogat, describit, dividit, personas fingit, orationem suam alii accommodat; ταῦτα δ' ἐστὶν αὔξειν, διασκευάζειν, etc. Add. Ernesti Lex. Rhet. Lat. p. 19. Alterius corruptelae remedium, non ita quidem leue, at satis, ut arbitror, salutare, petii ex Epist. 28.; quae, tempus si quaeris, scripta est ante Epist. 22. Ibi M. Caesar ad Frontonem: *Volebam aliquid, ubi clamari debeat, scribere. Fave mi, et quaere clamosam ὑπόθεσιν.* Singula, quae sive librarius sive Maius varie aberrando peccaverint, cum harum rerum peritis facile sit intelligere, curiosius persequi taedet.

Ibid. Epist. 29. p. 126. *Perendie, Domine, te videbo: sum enim adhuc a cubito et cervice infirmus. Ferme, obsecro, nimia et ardua a te postulantem ita in animum meum induxi posse efficere quantum contenderis.* Hic novo accidit exemplo, quod, dici vix potest, quoties veterum scriptorum nitori offuerit, ut, cum syllabae, quas dirimi oporteret, prave coniunctae essent, sensus omnis evanesceret. Quid quaeris? Scribendum est lenissima mutatione: *Fer me, obsecro, nimia et ardua a te postulantem. Ita in animum meum induxi, posse te efficere, quantum contenderis.*

Ibid. Epist. 33. p. 128. *Quaecumque mihi prae . . . . . in tua salute locata sunt: mihi sanitas, bona valetudo, laetitia, res prosperae meae ibi sunt, cum tu corpore, animo, rumore tam incolumi uteris, tam carus patri, tam dulcis matri, tam sanctus uxori, tam fratri bonus ac benignus.* Lacunam Maius perperam explevit: *praecari solitus sum.* Nempe respondet Fronto ad M. Aurelii epistolam proxime antecedentem, ubi haec leguntur: *Et nunc sanus, et deinceps validus, laetus, compos omnium votorum agas diem natalem, mi magister.* Quare reponendum: *Quaecunque mihi precatus es, in tua salute locata sunt.*

Ibid. Epist. 40. p. 132. *Cholera usque eo adflictus sum, ut vocem amitterem, singultirem, suspirio tum agerer, postremo venae deficerent.* Emendavi:

suspirio tum a n g e r e r. In suspirandi difficultate *angi* locum habet, alterum non item. Vid. Gronov. ad Liv. V. 48.

Ibid. Epist. 49. p. 135. *Quom salubre tibi est facile progredi, tunc et nobis conspectus tuus erit iucundus.* Legendum: *Quum salubre tibi est* e t *facile progredi.*

Ibid. Epist. 57. p. 138. *Iam habeo, quod primum et praecipuum desiderabam: desisse febriculam colligo ex litteris tuis. Nunc, mi magister, quod ad fauces adtinet, brevi temperantia appelletur; et mihi at plenior nuntius veniet.* Sensum constare non credo, nisi *dolor* post *brevi* addatur. Quae praeterea insunt vitiosa, ea, ni fallor, optime tollentur, si totum locum ita refingas: *Nunc, mi magister, quod ad fauces adtinet, brevi* d o l o r *temperantia* a s p e l l e t u r, *et mihi* a t e l e n i o r *nuntius veniet.*

Epist. ad Antonin. Imp. lib. I. 2. p. 243. *Seni huic et, ut tu appellas, magistro tuo bona salus, bonus annus, bona fortuna, res omnis bona. Quae tu scribis, ea te mihi addis die tibi sollemnissimo natali meo praecatum. Omnia mihi ista in te tuoque fratre sita sunt, Antonine meo cordi dulcissime: quos ego postquam cognovi, meque vobis transdidi, nihil umquam prae vobis dulcius habui, neque habere possum, tametsi alios annos totidem de integro, quantum vixi, vivam.* Locus, quantum coniicio, incorruptus plane extabat in codice; sed Maius et distinxit male, et quae minus assecutus erat, emendandi studio pervertit. Certe molestum istud *addis* ipsi debetur. Codex habet *abdis*: quod si dissecueris, sponte haec sententia exit sanissima: *Seni huic et, ut tu appellas, magistro tuo bona salus, bonus annus, bona fortuna, res omnis bona.* Q u o d *tu scribis, ea te mihi* a b D i s *die tibi sollemnissimo, natali meo, precatum: omnia mihi ista in te tuoque fratre sita sunt* etc. De praeposit. *ab* ante *Dis* posita vid. Bentlei. ad Horat. Od. III. 16. 22.

Ibid. Epist. 3. p. 146. *Nimirum quisquam superiorum imperatorum: imperatoribus enim te comparare malo, ne viventibus compararem: quisquam illorum his figurationibus uteretur, quae Graeci schemata vocant? Ne longius re-*

petam, vel proximo senatu, cum Cyzicenorum gravem causam commemorares, ita orationem tuam figurasti, quam figuram Graeci παράλειψιν appellant, ut praetereundo tamen diceres et dicendo tamen praeterires. Maius, leviore vitio, quod est in voc. *compararem,* sublato, graviora reliquit. Primum *imperatoribus* rectum esse nequit, cum *viventibus,* tanquam contrarium, sequatur. Scribe : *superioribus enim te comparare malo, ne viventibus comparem.* Deinde quid est *causam commemorares?* Sermo est de terrae motu, quo Cyzicus urbs graviter concussa est. Vid. Reimar. ad Dion. LXX. 4. §. 18. Hinc perspicuum est, Frontonem scripsisse : *cum Cyzicenorum gravem casum commemorares.* Denique uncis includenda sunt, ut alienae manus : *quam figuram Graeci παράλειψιν appellant.* Haec idem, opinor, adscripsit in margine, cuius scholia nonnulla in Frontonem extant. Paullo infra sequitur : *Deinde ita breviter rem omnem atque ita valide elocutus es, ut paucissimis verbis omnia, quae res posceret, continerentur, ut non ocius aut vehementius terra urbem illam, quam animos audientium tua oratio moverit. Ecquid agnoscis formam sentire tullianae? ut non ocius aut vehementius terra urbem illam quam animos audientium tua oratio moverit.* Postrema Maio repetita e praecedentibus videntur librarii errore. Nihil vidi magis. Verba aptissima sunt, modo scribatur : *Ecquid agnoscis formam sententiae Tullianae: „ut non ocius aut vehementius terra urbem illam, quam animos audientium tua oratio moverit?"*

Epist. ad Verum Imp. 12. p. 196. *Quantum, oro te, fuit, ante mihi significare, te ad fratrem meum .... esse, velle me quoque visere, postremo redire me iubere, uti confabularemur.* Heindorfius resarcire locum tentabat, legendo: *te ad fratrem meum esse velle, velle me* etc. Vereor, ut probabiliter. Putem sufficere : *te ad fratrem meum venturum esse.*

Epist. ad Amicos lib. I. 3. p. 275. *Commendandi mos initio dicitur benivolentia ortus, cum suum quisque amicum alii amico suo demonstratum conciliatumque vellet. Paulatim denique iste mos progressus est, ut etiam eos, qui publico vel privato iudicio disceptarent, non tamen improba res videretur iudicibus ipsis, aut iis, qui consilio adessent, commendare : non, opinor, ad iusti-*

tiam iudicis labefactandam, vel de vera sententia deducendam; sed iste in ipsis iudiciis mos inveteratus erat, causa perorata, laudatores adhibere, qui id, quod de reo existimarent, pro sua opinione cum fide expromerent. Item istae commendantium litterae laudationis munere fungi visae sunt. Haec arena est sine calce, quod aiunt. Omnino legendum: *Paulatim denique iste mos progressus est, ut etiam eos, qui publico vel privato iudicio disceptarent, n e c tamen improba res videretur, iudicibus ipsis aut iis, qui consilio adessent, c o m m e n d a r e n t; non, opinor, ad iustitiam iudicis — deducendam; sed u t iste in ipsis iudiciis mos inveteratus erat — adhibere, qui — expromerent, item istae commendantium litterae* etc.

Ibid. Epist. 7. p. 280. *Iulium Aquilinum, virum, si quid mihi credis, doctissimum, facundissimum, philosophiae disciplinis ad optimas artis, eloquentiae studiis ad egregiam facundiam ex iure eruditum, commendo tibi quam possum studiosissime.* Niebuhrius pro *ex iure* reponi vult *eximie;* quo nihil, si quid sentio, dici possit otiosius, praecedente *egregiam.* Vide, num ipse melius quid afferam. Legendum conieci: *eloquentiae studiis ad egregiam facundiam e x t e m p o r e eruditum.* Intelligit extemporalem illam dicendi facultatem, quam Quintilianus ipse X. 7. 1. ait, maximum studiorum fructum esse ac velut praemium quoddam amplissimum longi laboris. Librario fraudem fecit, quod *tempore* scriptum vidit *tpre*, quo compendio etiam in editionibus veteribus nonnunquam exhibetur. Paullo infra perperam legitur: *Perspicies pro tua prudentia intelligentiaque summa maiorem fama, luculentissimum verborum apparatu, maxima frequentia sententiarum.* Scripsit: *maiorem fama luculentissimo verborum apparatu* etc. Res aperta est, ut opinor.

Ibid. Epist. 14. p. 286. *Figurae orationis sunt, quae maxime orationem ornant. Duplex autem genus est figurarum; aut enim verborum figurae sunt aut sententiarum. In figuris verborum est τρόπος metaphora. Hac figura usus sum, cum figuram dixi de corpore, in quo neque sincerus, neque aqua pura, neque ullus humor liquidus, sed ita, ut in palude, corrupta omnia.* Pulchre Niebuhrius emendandum vidit: *neque sanguis sincerus.* Periit vox media, ut

centies alibi librarios peccasse constat, propter similis verbi viciniam. Minus feliciter Heindorfius alteram huius loci corruptelam tentavit. Nam cum is, in malo illo *figuram* merito offendens, verbum requisivisset, quo per metaphoram corruptum penitus aegroti hominis corpus significaretur: utrum *sentinam* legendum esset, an *vomicam*, lectorum scilicet iudicium fecit. Mihi neutrum videtur. Repono, ipso Frontone suadente: *Hac figura usus sum, cum paludem dixi de corpore.*

Ibid. Epist. 17. p. 289. *In Oratione Bithyna, cuius partem legisse te scribis, multa sunt nova addita, ut arbitror, non ut inornate: locus in primis de acta vita, quem tibi placiturum puto, si legeris, quod in simili re M. Tullius pro P. Sylla egregie scriptum reliquit.* Maius, cum part. *ut* ante *inornate* nonnihil difficultatis habere sensisset, pleonasmum somniabat; mox tamen scribendum suspicabatur: *non ita inornate.* Inane hoc; nec plus prodest Heindorfii coniectura: *non, ut arbitror, inornate.* Nempe latius hic depravatio serpsit, ac mihi plane persuasi, ita verba de Frontonis manu exisse: *multa sunt nova, ut dicta, ut arbitror, non inornate, ut locus in primis de acta vita.*

Ibid. Epist. 23. p. 293. *Quamobrem, quamquam reciperata sit commodu valetudo, tristitia tamen inhaeret animo meo, magisque in dies augetur moerore Lupi nostri, fratrem optimum misere desiderantis. Quom praesentem ac loquentem vix consolarer, sentio, quam sit difficile, te absentem per litteras consolari.* Quod Heindorfius legendum coniecit: *Quem quum praesentem ac loquentem vix consoler,* id, me quidem iudice, nequaquam perpurgando loco sufficit. Nam *loquentem* mirum quam inepte de moerente ipso dicitur. Eius loco vocabulum potius exspectaveris, cui sequens *per litteras* respondeat. In promtu est unice vera correctio: *Quem quum praesentem alloquendo vix consoler* etc. De verb. *alloquendi* vid. Muret. V. L. II. 4.

Princip. Histor. p. 314. *Macedonum spes, torrentis modo magna vi ortae, brevi die occiderunt: quorum unius humanae prolis aetate imperium extinctum*

est. Niebuhrius recte quidem *opes* pro inepto *spes* legendum coniicit; sed quid, quaeso, est *brevi die?* Emendo: *brevi dein occiderunt.*

Laud. Fum. p. 325. *Aliter in orationibus iudiciariis, ubi sedulo curamus, ut pleraeque sententiae durius interdum et incautius finiantur. Sed contra istic laborandum est, ne quid inconcinnum vel hiulcum relinquatur; quin omnia, ut in tenui veste, oris detexta et revimentis sint cincta.* Quis Frontonem adeo ineptire credat, ut in iudiciali causarum genere se admodum laborare dicat de *incautius* finiendis sententiis? Procul dubio scripsit: *ut pleraeque sententiae durius interdum et incomtius finiantur.* Siquidem plures olim oratores in asperitate quadam dicendi et inornata compositione sibi placebant: quod cum aliunde constat, tum ex Senec. Epist. 114. Utrumque vocabulum coniunxit etiam Quintilian. VIII. 6. 65.: *rectum erat, sed durum et incomtum.*

Laud. Negleg. p. 328. *Namque neglegentiae haud quisquam magnopere insidias locat, existimans, etiam sine insidiis semper et ubique et ubi libeat neglegentem hominem in proclivi fore fallere: adversus diligentes vero et circumspectos et exsultantes opibus fraudes et captiones et insidiae parantur.* Offendat necesse est in verb. *exsultantes opibus,* quisquis accurate legere didicit. Nihil enim in iis inest, quod negligentiae sit contrarium, quale hoc loco desideratur. Cui incommodo facile medebitur coniectura nostra: *excubantes opibus.* Simillime Lucan. IX. 909.: *Nec solum gens illa sua contenta salute, Excubat hospitibus,* id est, pro hospitibus. Vid. Markland. ad Stat. Silv. II. 7. 130.

Schulnachrichten.

I. Lehrverfassung.

PRIMA.

Ordinarius der Klasse: Hr. Prof. Dr. Schopen.

1. Lateinische Sprache: 9 St. *a)* in 3. St. Das erste und zweite Buch der Oden des Horatius und von dessen Episteln einige aus dem ersten und die erste aus dem zweiten Buche. Dir. Biedermann.

b) in 6 St. Sallust. Bell. Iugurth. und Tacitus Germania nebst Uebungen im Lateinisch-Sprechen und Schreiben. Hr. Prof. Dr. Schopen.

2. Griechische Sprache: 6 St. *a)* in 4 St. Platon's Phaedo und Plutarch's Alexander nebst schriftlichen und mündlichen Uebungen im Uebersetzen. Derselbe.

b) in 2 St. Von Homer's Ilias Buch I—X.
im Winter: Hr. Prof. Dr. Lucas, im Sommer: Hr. Oberlehrer Freudenberg.

3. Deutsche Sprache: 2 St. Geschichte der deutschen Sprache und Litteratur; Lesung ausgewählter Stellen aus deutschen Dichtern und Prosaikern; Anführung zum mündlichen Vortrage; Leitung schriftlicher Arbeiten. Hr. Oberlehrer Domine.

4. Französische Sprache: 2 St. Besondere Gattungen und Eigenthümlichkeiten der Zeitwörter; Constructionsordnung; das Nöthigste der Verslehre; Art poetique, Satyres et épîtres choisies von Boileau; Uebersetzungen aus deutschen Schriftstellern und Extemporalien. Hr. Gymnasiallehrer Kneisel.

5. Hebräische Sprache: 2 St. Uebersetzung und grammatische Erklärung gewählter Capitel aus den Büchern Samuelis und der 6 ersten Psalmen; Wiederholung einzelner Theile der Elementar- und Formenlehre nach Gesenius. Die Syntax wurde bei der Bibellectüre eingeübt, mit Hervorhebung der Lehre vom Gebrauche der Tempora. Hr. Religionslehrer Reinkens.

6. Religionslehre: *a)* kathol. Conf.: 2. St. Begründung des Christenthums als der göttlichen Offenbarung und des Katholicismus als des wahren Christenthums, durch-

geführt in der Lehre von den Erkenntnissquellen des letztern (der h. Schrift, der Tradition und dem unfehlbaren Lehramte in der Kirche). Derselbe.

b) evangel. Conf.: 2 St. (mit Secunda combinirt) Geschichte der christlichen Kirche bis auf Constantinus. Hr. Licentiat Kinkel.

7. Mathematik: 4 St. Allgemeine Arithmetik; Wiederholung der Sterreometrie und der ebenen Trigonometrie; Auflösung arithmetischer und geometrischer Aufgaben. Hr. Prof. Dr. Liessem.

8. Physik: 2 St. Allgemeine Uebersicht der merkwürdigsten und einfachsten Grundsätze der Natur. Derselbe.

9. Geschichte und Geographie: 2 St. Geschichte des Mittelalters. Hr. Prof. Dr. Schopen.

10. Philosophische Propädeutik: 1 St. Die Hauptlehrsätze der empirischen Psychologie und der Logik. Dir. Biedermann.

SECUNDA.

Ordinarius: im Winter: Hr. Prof. Dr. Lucas, im Sommer: Hr. Oberlehrer Freudenberg.

1. Lateinische Sprache; 10 St. *a*) in 2 St.: Das fünfte und sechste Buch von des Virgilius Aeneide. Hr. Oberlehrer Domine.

b) in 8 St. Das erste Buch von Livius röm. Geschichte; ausgewählte Briefe aus Cicero's Epist. ad Att. und ad Famil., die Lehre von den Zeiten und Arten nach Zumpt's Grammatik; Uebersetzungen aus dem Deutschen; freie lateinische Aufsätze; Extemporalien; Uebungen im Lateinisch-Sprechen und im mündlichen Vortrage.
im Winter: Hr. Prof. Dr. Lucas, im Sommer Hr. Oberlehrer Freudenberg.

2. Griechische Sprache: 6 St. Homer's Odyssee B. I—IV; Herodot. B. I, c. 1—170, in lateinischer Sprache übersetzt; Grammatik nach Buttmann und, damit verbunden, Dillenburger's syntactische Beispielsammlung; Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen in das Griechische und aus dem Griechischen in das Lateinische; theilweise Wiederholung der privatim gelesenen drei ersten Bücher von Xenophon's Anabasis.
im Winter: Hr. Prof. Dr. Lucas, im Sommer: Hr. Oberlehrer Freudenberg.

3. Deutsche Sprache: 2 St. Ausgewählte Stellen aus deutschen klassischen Schriften; Uebungen im mündl. Vortrage und schriftliche Arbeiten. Dir. Biedermann.

4. Französische Sprache: 2 St. Wiederholung des in Tertia Vorgenommenen; Fürwörter; Allgemeiner Gebrauch der Arten und Zeiten des Zeitworts; Voyage du

jeune Anacharsis en Grèce, par Barthélémy, IV Abtheilung; schriftliche Uebungen und Extemporalien. Hr. Gymnasiallehrer Kneisel.

Hebräische Sprache: 2 St. Elementar- und Formenlehre nach Gesenius; Analysirübungen an ausgewählten Stücken aus Wirthgen's Materialien.

Hr. Religionslehrer Reinkens.

6. Religionslehre: *a*) kathol. Conf. 2 St. Bedürfniss einer übernatürlichen Offenbarung; Wirklichkeit derselben; ihre Quellen; Lehre von der Kirche und von dem in ihr durch Christus angeordneten unfehlbaren Lehramte; der christkatholischen Glaubenslehre erster Theil: Lehre über Gott. Theils nach Dictaten, theils in freiem Vortrage, mit stäter Beziehung auf den Catechismus Romanus. Derselbe.

b) evangel. Conf. (mit Prima.)

7. Mathematik: 4 St. Recapitulation der Potenzenrechnung; die Lehre von den Logarithmen und Progressionen; die Vergleichungen des zweiten Grades; die Aehnlichkeit der Figuren und die ebene Trigonometrie. Hr. Prof. Dr. Liessem.

8. Physik: 1 St. Von den Bewegungen im Allgemeinen; vom Gleichgewichte und der Bewegung von Kräften an festen Körpern. Derselbe.

9. Geschichte und Geographie: 3 St. Geschichte des Alterthums.

Hr. Prof. Dr. Schopen.

TERTIA.

Ordinarius: Hr. Gymnasiallehrer Werner.

1. Lateinische Sprache: 10 St. *a*) in 2 St. Ausgewählte Stellen aus dem neunten, zehnten und eilften Buche von Ovidius Metamorphosen. Dir. Biedermann.

b) in 8 St. Wiederholung des in Quarta Vorgenommenen; die Lehre von den Arten und Zeiten der Zeitwörter, und die Wortbildung nach Zumpt's grösserer Grammatik; mündliche und schriftliche Uebungen und Extemporalien, theils nach Dronke, theils nach Dictaten; Lesung von Caesar. Bell. civ. II und III, 1—80. (Das erste Buch lasen die Schülen privatim.) Hr. Gymnasiallehrer Werner.

2. Griechische Sprache: 6 St. Wiederholung des in Quarta Vorgenommenen nach Quossek's practischer Anleitung; Fortsetzung und Beendigung der Formenlehre und die Syntax der Casus und Präpositionen nach Buttmann's Schulgrammatik; Lesung ausgewählter Abschnitte aus Fr. Jacobs Elementarbuche und Xenoph. Anabasis I, 1—5, Uebersetzungen in das Griechische nach Günther's Anleitung. Derselbe.

3. Deutsche Sprache: 2 St. Grammatik nach Heyse; Lesung und Erklärung ausgewählter Stellen aus deutschen Schriftstellern; schriftliche Arbeiten und Uebungen im mündlichen Vortrage. Hr. Oberlehrer Domine.

4. Französische Sprache: 2 St. Sprachgesetze; Formen- und Gebrauchslehre der Haupt- Eigenschaft- Zahl- und Bestimmungwörter; regelmässige Zeitwörter; Uebersetzungen und Leseübungen nach Hirzel's Grammatik. Hr. Gymnasiallehrer Kneisel.

5. Religionslehre: *a*) kathol. Conf. 2 St. Christkatholische Glaubenslehre bis zur Lehre von der Gnade, verbunden mit einer zusammenhangenden Darstellung des Lebens Jesu. Hr. Religionslehrer Reinkens.

b) evangel. Conf. 2 St. (mit Quarta combinirt) Leben und Lehre Jesu nach den drei ersten Evangelien; Aufsätze über ausgewählte evangelische Parabeln.

Hr. Licentiat Kinkel.

6. Mathematik: 3 St. Wiederholung der Grundoperationen in allgemeinen Zeichen; von der Theilbarkeit der Zahlen; Bildung der zweiten Potenz und Wurzelzeichen; die Gleichungen des ersten Grades; Wiederholung der mit der Congruenz der Dreiecke unmittelbar zusammenhangenden Sätze und der Lehre von den Parallellinien; die Gleichheit des Flächenraums geradliniger Figuren; die zweite Hälfte der ebenen Geometrie. Hr. Prof. Dr. Liessem.

7. Geschichte und Geographie: 3 St. Allgemeine Geschichte der mittlern und neuern Zeit, nach dem zweiten und dritten Bande des Lehrbuchs von Pütz.

Hr. Oberlehrer Domine.

8. Naturbeschreibung: 2 St. Im Winter: Uebersicht des ganzen Thierreichs; im Sommer: Beschreibung der Pflanzen und ihrer Theile. Vorzeigung von Naturalien oder getreuen Abbildungen derselben dienten zur Veranschaulichung.

Hr. Gymnasiallehrer Mockel.

QUARTA.

Ordinarius Hr. Gymnasiallehrer Kanne.

1. Lateinische Sprache: 10 St. Etymologie und Syntax nach Zumpt's Grammatik; Lehre von der Quantität mit besonderer Berücksichtung des Hexameters und des jambischen Trimeters; ausgewählte Abschnitte aus dem Elementarbuche von Jacobs und Doering, übersetzt, erklärt und theilweise auswendig gelernt; ausgewählte Fabeln des Phädrus; mündliche und schriftliche Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen, theils nach Dictaten, theils nach Dronke's Uebungsbuche; Extemporalien.

Hr. Gymnasiallehrer Kanne.

2. Griechische Sprache: 6 St. Die Formenlehre nach Quossek's practischer Anleitung bis zu den Verben, in mündlichen und schriftlichen Uebungen aus dem Deutschen zur Einübung der einfachsten Regeln und Satzbildung. Derselbe.

3. Deutsche Sprache: 2 St. Grammatik nach Heyse; Lesung und Erklärung ausgewählter Stellen aus deutschen Schriftstellern; schriftliche Arbeiten und Uebungen im mündlichen Vortrage. Hr. Oberlehrer Domine.

4. Religionslehre: *a*) kathol. Conf. 2 St. Israëls Fürsten und Propheten, nach Dr. Elshoff's Vollst. bibl. Gesch. Th. II. Abth. 2.; Geschichte Jesu, nach desselben Handbuches Th. III., mit besonderer Rücksicht auf, sich anschliessende, Glaubens- und Sittenlehren. Hr. Religionslehrer Reinkens.

b) evangel. Conf. (mit Tertia).

5. Mathematik: 3 St. Allgemeine Arithmetik, die erste Hälfte der ebenen Geometrie; daneben arithmetische und geometrische Uebungsaufgaben.
Hr. Gymnasiallehrer Zirkel.

6. Geschichte und Geographie: 2 St. Allgemeine Geschichte, nach dem ersten Bande von Pütz. Hr. Oberlehrer Domine.

7. Naturbeschreibung: 2 St. Im Winter: Propädeutik zur Oryktognosie; Vorzeigung und Erklärung von Krystallmodelen und einigen merkwürdigen Fossilien; im Sommer: Botanik; Beschreibung mehrer Pflanzen. Hr. Gymnasiallehrer Mockel.

8. Zeichnen: 2 St. Zeichnen der Blumen, der Gebäude und der Theile des menschlichen Körpers, besonders des Kopfes. Hr. Schulamts-Candidat Quossek.

9. Kalligraphie: 1 St. Hr. Gymnasiallehrer Zirkel.

QUINTA.

Ordinarius: Hr. Gymnasiallehrer Mockel.

1. Lateinische Sprache: 10 St. Wiederholung und Ergänzung der Formenlehre; die Grundregeln der Syntax, nach den beiden Leitfäden von Dr. Lucas; mündliche und schriftliche Uebungen im Uebersetzen; Auswendiglernen von Vocabeln, vorzüglich von unregelmässigen Zeitwörtern, von kleinen Sätzen und grossern zusammenhangenden Stücken.
Hr. Gymnasiallehrer Mockel

2. Deutsche Sprache: 4 St. Fortsetzung und Beendigung der Lehre von den Redetheilen; Satzlehre und Orthographie nacch Heyse's Schulgrammatik; schriftliche Uebungen in Beschreibungen, Erzählungen und Briefen nebst Uebungen im mündlichen Vortrage. Hr. Gymnasiallehrer Werner.

3. Religionslehre: *a*) kathol. Conf. 2 St. Geschiche des A. T. von der Gesetzgebung an, nach Dr. Elshoff's Vollst. bibl. Gesch. Th. II., Abth. 1 u. 2; die Glaubenslehre, nach Ontrup. Hr. Religionslehrer Reinkens.

b) evangel. Conf.: 2 St. (mit Sexta combinirt). Geschichte des Alten Testaments von Salomo bis zur Zerstörung Jerusalems durch Titus, nach den geschichtlichen Büchern des A. T. und freier Erzählung: Aufsätze über ausgezeichnete Männer dieser Periode. Hr. Licent. Kinkel.

4. Rechnen: 4 St. Die Decimalbrüche; die Rechnungen des gemeinen Lebens, mit und ohne Anwendung der Proportionlehre. Hr. Gymnasiallehrer Zirkel.

5. Geschichte und Geographie: 3 St. Ausführlichere Uebersicht der Erde; Europa, besonders Deutschland und Preussen; Biographien berühmter Männer. Hr. Gymnasiallehrer Kneisel.

6. Naturbeschreibung: 2 St. Im Winter die Anfangsgründe der Mineralogie, im Sommer die der Botanik. Hr. Gymnasiallehrer Mockel.

7. Zeichnen: 2 St. Fortgesetzte Uebung im Schattiren regelmässiger Körper, im Zeichnen gewundener Linien, des Kreises, der Ovale, der Cylinder, der Anfänge von Blumen und andern unregelmässigen Körpern. Hr. Schulamts-Candidat Quossek.

8. Kalligraphie: 3 St. Hr. Gymnasiallehrer Zirkel.

SEXTA.

Ordinarius: Hr. Gymnasiallehrer Zirkel.

1. Lateinische Sprache: 10 St. Die Formenlehre nach dem Leitfaden von Dr. Lucas; daneben täglich schriftl. u. mündl. Uebungen. Hr. Gymnasiallehrer Zirkel.

2. Deutsche Sprache: 4 St. Allgemeine Uebersicht der Grammatik, besonders der Satzlehre, nach Heyse's Leitfaden; Uebungen im schriftlichen Aufsatze und mündlichen Vortrage. Hr. Gymnasiallehrer Kneisel.

3. Religionslehre: *a*) kathol. Conf. 2. St. Bibl. Geschichte von Erschaffung der Welt bis Saul, nach Dr. Elshoff's oben bemerkten Handbuches Th. I und Th. II, Abth. 2, ausgewählte Glaubenslehren nach Ontrup. Hr. Religionslehrer Reinkens.

3. *b*) evangel. Conf. (mit Quinta).

4. Rechnen: 4 St. Die arithmetischen Grundoperationen in ganzen und gebrochenen Zahlen. Hr. Gymnasiallehrer Zirkel.

5. Geschichte und Geographie: 3 St. Gedrängte Uebersicht der Erde, Europa, besonders Deutschland und Preussen, nach Cannabichs kl. Handbuche; Biographien berühmter Männer. Hr. Gymnasiallehrer Kneisel.

6. Naturbeschreibung: 2 St. Im Winter: Zoologie der Rückgratthiere; im Sommer: Einleitung in die Gewächskunde; dem Unterrichte ging stäte Veranschaulichung durch Naturalien oder Bilder zur Seite. Hr. Gymnasiallehrer Mockel.

7. Zeichnen: Uebungen im Zeichnen gerader Linien, gerader Linien von begränzten Flächen, der Würfel und anderer regelmässigen Körper, ohne und mit Angabe des Schattens und mit völliger Schattirung. Hr. Schulamts-Candidat Quossek.

8. Kalligraphie: 3 St. Hr. Gymnasiallehrer Zirkel.

Gesangunterricht.

Für die obere Abtheilung waren Uebungen im vierstimmigen Chorgesange angeordnet und die Anfänger wurden in den Elementen des Gesanges nach Naegeli's Tabellenwerke bis zum zweistimmigen Gesange geführt; eine dritte Abtheilung wurde in zwei- und dreistimmigen Kirchenliedern geübt.

Anmerkungen.

1. Zur Unterstützung und Erleichterung des naturhistorischen Unterrichts hat auch in diesem Jahre Herr Garteninspector Sinning der Schule mit vieler Bereitwilligkeit frisch grünende und blühende Pflanzen geboten und sie fühlt sich daher verpflichtet, für diese Güte ihren Dank in diesen Blättern auszusprechen.

2. Zur Förderung des sittlich religiösen Lebens der Schüler wurden diese dreimal in der Woche zum Gottesdienste in die Kirche geführt und an den Sonn- und Feiertagen wurde mit demselben eine religiöse Anrede verbunden. Auch war je um die sechste Woche Beicht- und Communiontag angeordnet und mehre Herrn Priester in der Stadt boten dazu mit vieler Bereitwilligkeit ihre Dienste. Mögen diese daher den warmen Dank der Schule dafür hinnehmen!

II. Verordnungen.

der vorgeordneten Behörden.

Von den im Verlaufe des Schuljahrs von den obern Behörden erlassenen Verfügungen eignet sich ausser dem Erlasse vom 10ten Mai d. J., nach welchem, damit auch von Seite der Schüler das Geburtfest Sr. Majestät, unseres allgeliebten Landesvaters, in angemessener Weise gefeiert werde, der Schluss des Schuljahrs auf die letzten Tage des August's und der Wiederanfang des Schulunterrichts auf den 6ten October festgesetzt ist, keine dazu, dass sie zur Kenntnissnahme des grössern Publikums gebracht werde.

III. Chronik des Gymnasiums.

1. Das Schuljahr ist am 19. October eröffnet worden und endet in Folge der oben erwähnten Verordnung mit dem letzten August.

2. In dem Schuljahre leistete der Schulamts - Candidat, Hr. Dr. Hilgers, an dem hiesigen Gymnasium sein Probejahr und zu diesem Zwecke waren ihm zwei Griechische Stunden in Tertia und zwei lateinische in Sexta übertragen worden.

3. Ebenso trat im Winter zu demselben Zwecke Hr. Em. Becker aus dem naturhistorischen Seminare an unsere Anstalt und ihm wurde der mathematische Unterricht in Tertia übertragen. In Folge einer Anstellung an dem Gymnasium zu Dortmund verliess uns jedoch derselbe mit dem Schlusse des Winter-Halbjahres wieder und an seine Stelle trat dann, zu demselben Zwecke, mit demselben Unterrichte beauftragt, der Schulamts-Candidat, Herr Bernhard Becker aus Offenbach, und die drei genannten Candidaten haben sich durch ihre sittliche Führung und durch ihr treues und eifriges Streben die Zufriedenheit und den Dank der Schule ebenso, wie der Schulamts-Candidat Herr Quossek, erworben, welchem auch in diesem Jahre der Zeichnenunterricht übertragen war.

4. Auch waren dem Schulamts-Candidaten, Herrn Dr. Humpert aus Menden, welcher schon vorher sein Probejahr in Köln geleistet hat, auf sein Ansuchen einige Lehrstunden zu seiner fernern practischen Fortbildung, und zwar der historisch-geographische Unterricht in Tertia nebst einigen lateinischen und griechischen Stunden in Quarta und einer arithmetischen in Quinta übertragen worden, und der Berichterstatter fühlt sich bei diesem in jeder Beziehung würdigen jungen Manne insbesondere angenehm verpflichtet, die liebevolle Bereitwilligkeit dankbar in Erwähnung zu bringen, mit welcher derselbe bei den im Verlaufe des Schuljahrs öfters eingetretenen Unpässlichkeiten des einen und des andern Lehrers der Schule durch Uebernehmung ausserordentlicher Stunden seine stellvertretenden Dienste leistete.

5. Mit dem Schlusse des Winter - Halbjahrs wurde unser vierzehnjähriger College, Herr Prof. Dr. Lucas, als Director an das Königl. Gymnasium zu Emmerich abberufen und der Berichterstatter kann hier nicht umhin, in Beziehung auf sein Scheiden aus unserer Mitte jene Gefühle und Wünsche hinweisend wieder in Erinnerung zu bringen, welche er in dem Programme des vorigen Schuljahrs p. 31 ausgesprochen hat. Zur Wiederbesetzung seiner Stelle wurde Herr Johann Freudenberg aus Kirchberg als Oberlehrer hierher berufen, nachdem er bereits eine Reihe von Jahren, zuerst als Schulamts-Candidat zu Kreuznach, dann als Lehrer am Gymnasium zu Münstereifel, segenreich gewirkt hatte. Da die Schule in ihm einen Mann gewonnen hat, welcher, einen einsei-

tigen und starren, das Herz austrocknenden Formalismus verschmähend, in sich mit dem kenntnissreichen Gelehrten zugleich den edlen Menschen und würdigen Christen in Einklang bringt, so begrüssen wir ihn, in dankbarer Anerkennung der Fürsorge der vorgeordneten Behörde, freudig als unsern wackern Collegen und heissen ihn in unserer Mitte herzlich willkommen.

IV. Statistische Uebersicht.

1. Mit dem Anfange des Schuljahres kehrten in die verschiedenen Klassen 135 Schüler zurück, 45 wurden neu aufgenommen und diese bildeten zusammen die Anzahl von 180 Schülern.

2. Von diesen haben, theils durch die Wahl einer andern Bestimmung, theils durch die Veränderung des Wohnortes der Aeltern veranlasst, 19 die Schule verlassen und der Tertianer Hermann Fichte ist gestorben.

3. Mit dem Schlusse des Schuljahrs werden nach geleisteter Abiturienten-Prüfung mit dem Zeugnisse der Reife zur Universität abgehen:

a) Georg Beissel aus Bonn, $20\frac{1}{2}$ J. alt, kathol. Conf. und 8 Jahre Schüler des Gymnasiums.

b) Ferdinand Brockerhoff aus Münster, 20 J. alt, kathol. Conf. und $2\frac{1}{2}$ J. Schüler des Gymnasiums zu Münster und zu Bonn.

c) Adolph Forstheim aus Bonn, 18 J. alt, kathol. Conf. und 8 J. Schüler des Gymnasiums.

d) Pascal Froelich aus Eupen, $21\frac{1}{4}$ J. alt, kathol. Conf. und $5\frac{1}{2}$ J. Schüler des Gymnasiums.

e) Caspar v. Heinsberg aus Linn, $20\frac{1}{2}$ J. alt, kathol. Conf. und 7 J. Schüler des Gymnasiums.

f) Otto Nitzsch aus Bonn, 17 J. alt, evangel. Conf. und 8 J. Schüler des Gymnasiums.

g) Traugott Schulz aus Seelscheid, $18\frac{3}{4}$ J. alt, evangel. Conf. und 4 J. Schüler des Gymnasiums.

Von diesen werden Beissel und Froelich kathol. Theologie, Nitzsch und Schulz evangel. Theologie und Philologie, Brockerhoff wird Philologie, Forstheim Arzneiwissenschaft, v. Heinsberg Cameralwissenschaft studiren; und nach Abzug von ihnen und den bemerkten Ausgetretenen bleiben der Schule noch 153 Schüler.

V. Lehrapparat.

Nicht so glücklich in Geschenken für ihren Lehrapparat war unsere Schule in diesem Schuljahre, wie im vorigen, und sie kann nur die Schulkarte von Deutschland, in 16 Blättern, von C. F. und C. L. Ohmann dankbar erwähnen, welche ihr von ihrer vorgeordneten Behörde zugesendet worden ist. Das aus der Gymnasialkasse bewilligte jährliche Ratum ist auch in diesem Jahre angemessen verwendet worden.

VI. Beneficien.

Der mehr gerühmten Stiftung des Herrn Priesters Minola haben sich bis jetzt keine neuen zur Unterstützung dürftiger Schüler zugesellt.

VII. Oeffentliche Prüfungen.

Montag den 30ten August, Vormittags um 9 Uhr,

Prüfung der beiden obern Klassen.

1. Latein in Prima. Hr. Prof. Dr. Schopen.
2. Griechisch in Secunda. Hr. Oberlehrer Freudenberg.
3. Mathematik in beiden Klassen. Hr. Prof. Dr. Liessem.

Nachmittags um 3 Uhr,

Prüfung der beiden mittlern Klassen.

1. Latein in Tertia. Hr. Gymnasiallehrer Werner.
2. Geographie in Quarta. Hr. Oberlehrer Dominc.
3. Griechisch in Quarta. Hr. Gymnasiallehrer Kanne.

Dienstag d. 31ten August, Vormittags um 9 Uhr,

Prüfung der beiden untern Klassen.

1. Latein in Quinta. Hr. Gymnasiallehrer Mockel.
2. Geschichte und Geographie in beiden Klassen. Hr. Gymnasiallehrer Kneisel.
3. Latein in Sexta. Hr. Gymnasiallehrer Zirkel.

Anmerkung. Die Unpässlichkeit unseres kathol. Herrn Religionslehrers Reinkens macht es nothwendig, dass auch in diesem Jahre der Religionsunterricht bei den öffentlichen Prüfungen ausfällt.

An demselben Tage Nachmittags um 3 Uhr,
Schluss des Schuljahrs.

1. Gesang.

2. Declamationen. Vorgetragen wird:

a) von dem Sextaner Johannes Brandis: Der Holzhacker, von Schmid.

b) von dem Quintaner Deghuée: Wilhelm Tell, von Lavater.

c) von dem Quartaner Alexander De Claer: Mutter und Kind auf dem Jahrmarkte, von einem Ungenannten.

d) von dem Tertianer Eugen v. Salomon: Rudolph an Ottokars Leiche, von Cannaval.

e) von dem Secundaner Julius Mayer: Die Hohenstaufen, von Otto Weber.

3. Gesang.

4. Entlassung der Abiturienten.

5. Gesang.

6. Abschiedsreden in lateinischer und deutscher Sprache, von den Abiturienten Otto Nitzsch und Traugott Schulz.

7. Gesang.

Der Anfang des neuen Schuljahrs ist auf Mittwoch den 6ten October festgesetzt; die Meldungen zur Aufnahme müssen acht Tage vorher unter Vorlegung der Schulzeugnisse geschehen, damit die Prüfungen gehörig angeordnet und alle Störungen vermieden werden können.



